INDEX
PRAELECTIONUM
IN UNIVERSITATE LITERARUM
REGIA VARSAVIENSI

INDE A 1ma OCTOBRIS MDCCCXXII USQUE AD 15am JULII MDCCCXXIII.

HABENDARUM.



VARSAVIÆ.

EX OFFICINA N. GLÜCKSBERGII.


Biblioteka Jagiellońska
1002036276

THEOLOGORUM ORDO.

1. *Adalbertus Anselmus* Szweykowski, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Rector diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora 8--9. tradet *Institutiones Theologiae Pastoralis* duce *Giftschütz.*

2. *Paulus* Szymanski, Theol. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Dec. hora 9--10. diebus Lunae *Antiquitates biblicas*, Martis et Mercurii *Prolegomena ad libros Sacros Veteris et Novi Foederis*, Jovis *Praecepta Hermeneutica generalia* secundum systema a se concinnatum explicabit, Veneris denique et Saturni diebus *Epistolam ad Romonos* interpretabitur.

3. *Aloysius Ludovicus* Chiarini, Theol. Dr. Prof. P. Ord. hora 11--12. diebus Lunae et Veneris *linguae hebraicae*, Mercurii et Saturni *graecae linguae* regulas grammaticas: Martis vero et Jovis hora eadem nec non Saturni hora 8--9. *Historiam Ecclesiasticam* duce propria Minerva docebit.

4. *Felix Benedictus* Ustrzycki, Theol. Mgr. Prof. P. extraord. hora 2--3. diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris, Saturni autem hora 2--4 Theologiam moralem duce *Reyberger* pertractabit.

ORDO JURECONSULTORUM ET PROFESSORUM DOCTRINARUM POLITICARUM.

I. JUS.

1. *Joannes Vincentius* Bandtkie, J. V. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Dec. scientiarum et artium Univers. et Acad. Vilnensis socius, honoris gratia cooptatus, tradet *Jus Polonicum* et *historiam ejusdem juris* diebus Martis et Veneris, hora 3--4. et diebus Mercurii et Jovis hora 3--5. Exploraturus assiduitatem circa scholas ac diligentiam privatam auditorum, proponet statis temporibus themata ad dissertatiunculas in secessu domestico elaborandas.

2. *Xaverius* Szaniawski, J. U. Dr. Prof. P. Ord. exponet *Jus Canonicum* diebus Lunae, Mercurii, Veneris et Saturni, atque *juris commercialis codicem* diebus Martis et Jovis hora 11--12.

3. *Alexander* Engelke, J. U. Dr. Prof. P. Ord. enarrabit *Instituta judiciaria*, quae inserviunt constituendis, conservandis et persequendis privatorum juribus, atque explicabit *processum civilem* diebus Jovis, Veneris et Saturni hora 8--10.

4. *Clemens* Urmowski, J. U. Dr. Prof. P. extraord. profitebitur *encyclopaediam juris* die Lunae h. 8--10. et *jus naturale* diebus Mercurii et Veneris, h. 8--10.

5. *Venceslaus Alexander* Maciejowski, J. U. Dr Prof. P. extraord. narrabit senis per hebdomaden diebus: Lunae, Mercurii, Jovis et Saturni hora 10--11. diebus vero Martis et Veneris hora 11 - 12. *historiam et institutiones juris Romani* ex libello, cui est titulus: *Principia Juris Romani Varsav.* 1821. Quibus absolutis praecepta hermeneutices ex schedis propriis tradet, nobilissimorumque Ictorum fragmenta partim ipse explicabit, partim Auditores explicare jubebit. Semel per hebdomaden cum discipulis disputationes instituet.

II. DOCTRINAE POLITICAE.

Fredericus Comes Skarbek, Phil. Dr. Prof. P. Ord. docebit *Oeconomiam politicam* ex proprio compendio, typis vulgato, sub titulo: *Elementarne zasady gospodarstwa narodowego*, diebus Martis, Jovis et Veneris hora 12--1., tempore hiemali; hora vero 7--8. tempore aestivo, ac doctrinam administrandae reipublicae, duce opusculo, a se edito: *Gospodarstwo narodowe zastosowane*, diebus Lunae, Mercurii et Saturni, iisdem horis, ut supra, secundum diversum tempus hiemale et aestivum, mutandis.

MEDICORUM ORDO.

1. *Franciscus Xaverius* Dybek, Phil. Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Dec. *Chirurgiam sublimiorem* docebit senis per hebdomaden diebus hora 11--12. *In operationibus chirurgicis* exercitabit Auditores diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris hora 10--11. *Clinicen chirurgicam* hora 9--10. quotidie moderabitur.

2. *Josephus* Celinski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Pharmaciam* diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris, secundum compendium a se editum sub titulo: *Farmacya czyli nauka przygotowania lekarstw* hora 7--8. docebit *Chemiamque politicam et forensem* eadem hora die Saturni secundum proprias theses explicabit.

3. *Joannes Godofredus* Freyer, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Therapiam specialem morborum chronicorum* senis per hebdomaden diebus hora matutina

7--8. e propriis schedis docebit. *Exercitationes Clinicas* in instituto Regio hora 8--9 quotidie instituet. Ceteroquin spatio aestivi semestris *Pharmacocatagraphologiam* secundum normam operis a se editi binis per septimanam diebus explicabit, de quibus sibi cum auditoribus convenerit.

4. *Vincentius* Szczucki, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Propaedeuticam Studii Medici*, diebus Martis et Jovis hora pomeridiana 2--3. semestri hyemali exponet; *Pathologiae generalis.* doctrinam secundum *Kieseri* systema diebus Lunae et Veneris, nec non *Materiae medicae* praecepta ad normam operis J. G. Freyer diebus Mercurii et Saturni hora 3--4 in cursu annuo explicabit.

5. *Eduardus Guilhelmus* Wahlbourg, Chir. Dr. Pr. P. Ord. *Artem obstetriciam subliniiorem* diebus Lunae, Martis, Jovis et Veneris, hora 12--1. tractabit. De modo explorandi diebus Mercurii et Saturni hora eadem; nec non varias methodos *partem difficiliorem adjuvandi*, exercitationibus in phantomate, dataque forsitan occasione etiam in parturientibus ipsis demonstrabit. Aestivi temporis spatio, horis in septimana quaternis, *morbos mulierum* et *recens natorum* simulque *historiam* et *litt. Artis obstetriciae* pertractabit; horae vero praelectionum aptae Auditoribus suo tempore indicabuntur.

6. *Joannes* Mile, Med. et Chir. Dr. Prof. P. Ord. *Physiologiam* diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 10--11, hiberni temporis spatio tradet. Semestri aestivo *Diaeteticam* iisdem diebus et horis exponet. Artem vero obstetriciam inferiorem diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora pomeridiana 3--4. tractabit.

7. *Martinus* Rolinski, Med. Dr. Chir. Magr. Prof. P. Ord. *Anatomiam theoreticam* secundum compendium *Rosenmülleri* diebus Lunae, Martis, Jovis, Veneris et Saturni hora 11--12. semestri hiberno explicabit. In *Anthropotomia* manum studiosorum exercebit senis per septimanam diebus, horis matutinis 8--10. pomeridianis vero 2--4. auxiliante Prosectore. Aestivo tempore *Anatomiam comparatam* studiosis medicinae sublimioris, secundum opus *Cuvier* diebus Lunae, Martis, Jovis et Saturni hora 7--8 antemeridiana; Studiosis vero medicinae inferioris *Physiologiam* diebus Lunae, Jovis et Saturni hora pomeridiana 3--4. exponet.

8. *Mauritius* Woyde, Med. et Chir. Dr. Prof. P. extraord. *medicinam forensem* secundum *Henkii* compendium *Lehrbuch der gerichtlichen Medizin*, 3. Auflage 1821. *Berlin.* diebus Lunae, Martis, Veneris et Saturni, hora pomeridiana 4--5 tradet, eaque absoluta, iisdem horis ac diebus primum *Politicen medicam* du-

ce *Berntio*: *Systematisches Handbuch der öffentlichen Gesundheitspflege Wien* 1818. docebit, postremum de *morbis epizooticis* tractabit. *Pathologiam vero generalem* et *materiam medicam* studiosis medicinae inferioris diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora 10--11. exponet.

9. *Emilianus Clemens* Nowicki, Med. et Chir. Dr. Prof. P. extraord. *Institutiones chirurgicas*, studiosis medicinae inferioris senis per hebdomaden diebus hora 12--1. explicabit. *Historiam rei medicae* diebus Mercurii et Saturni hora 2--3 exponet. Semestri aestivo *Toxicologiam* diebus Mercurii et Saturni hora eadem tractabit.

10. *Joannes* Tomorowicz, Med. et Chir. Dr. Prof. P. extraord. *Therapiam* studiosis medicinae inferioris, senis per hebdomaden diebus hora 2-3. pomeridiana explicabit.

ORDO PHILOSOPHORUM.

1. *Adamus Ignatius* Zabellewicz, Phil. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus exponet: 1) *Philosophiam fundamentalem*, *historiam philosophiae et literaturam* diebus Martis et Veneris hora 10--11; 2) *Philosophiam practicam* diebus Lunae, Mercurii et Saturni hora 10--11; 3) *Anthropologiam* et *Paedagogicam* die Jovis hora 10--11; Exercitationes vero paedagogicas instituet diebus Lunae et Veneris hora 12--1.

2. *Antonius* Dabrowski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. explicabit: 1) *Calculum Analiticum* diebus Martis, Jovis et Saturni hora 8--9. die autem Veneris hora 10--11; 2) *Geometriam analiticam* diebus Lunae et Mercurii hora 10--11.

3. *Franciscus* Arminski, Prof. P. Ord. *Astronomiam* diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 8--10. docebit.

4. *Adrianus* Krzyżanowski, Phil. Dr. Prof. P. extraord. exponet. 1) *Mechanicam analiticam* diebus Martis, Mercurii, Jovis et Saturni hora 12--1; 2) *Algebram sublimiorem* diebus Martis et Saturni hora 2--3.

5. *Cajetanus* Garbinski, Phil. Dr. tradet: 1) *Mathesin elementarem* diebus Martis et Mercurii hora 11--12. die vero Saturni hora 10--12. 2) *Geometriam, quam descriptivam vocant*, die Lunae 10--12; diebus Martis et Mercurii hora 10--11; diebus vero Jovis et Veneris hora 11--12.

6. *Josephus Carolus* Skrodzki, Prof. P. Ord. docebit *Physicam universalem* experimentis illustratam libro Bioti usurus; *Mechanicam* vero atque *Hydraulicam* ex suis mox edendis schedis exponet diebus Lunae, Martis et Veneris hora 2--4.

7. *Adamus* Kitaiewski, Prof. P. Ord. *Chemiam universalem* experimentis illustratam tradet secundum proprias theses diebus Martis, Jovis et Saturni hora 8 -- 10.

8. *Fredericus Jacobus* Hoffmann, Med. Dr. Prof. P. Ord. *Mineralogiam* secundum Werneri systema laudatis characteribus *Haüy* explicabit diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 8 -- 10.

9. *Michaël* Szubert, Phil. Dr. Prof. P. Ord. tradet secundum proprias theses: 1) *Botanicam* die Jovis hora 2 -- 4. Diebus vero Martis et Saturni hora 3 -- 4. 2) *Disciplinam Saltuariam* diebus Martis et Saturni hora 2 -- 3.

10. *Felix* Jarocki, Phil. Dr. Prof. P. Ord. *Zoologiam* senis per hebdomaden diebus hora 4 -- 5. secundum compendium suum exponet.

DOCTRINARUM ET ARTIUM LIBERALIUM ORDO.

I. DOCTRINARUM.

1. *Felix* Bentkowski, Phil. Dr. Prof. P. Ord. h. t. Decanus exposita introductione in historiam politicam (duce libello *Wstęp do historyi*, *w Warszawie* 1821. *4to*) tradet historiam universalem ab antiquissimis temporibus ad finem saeculi XVIII. praecipuo studio ad tria postrema saecula adhibito perlustranda, spectabitque imprimis *Ferrandi* librum, qui inscribitur: *l'Esprit de l'histoire*, diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris hora 4 -- 5. Die Lunae vero hora 3 -- 4. exercitationes historicas moderabitur.

2. *Aug. Er.* Zinserling, Prof. P. Ord. tradet Encyclopaediam philologicam diebus Lunae et Mercurii hora 2 -- 3; Antiquitates graecas diebus Martis et Jovis hora 2 -- 3; Plautum explicabit diebus Martis et Mercurii hora 3 -- 4; Diebus vero Martis et Jovis hora 9 -- 10. moderabitur exercitationes practicas linguae latinae.

3. *Aug.* Jacob, Phil. Dr. Prof. P. Ord. Antiquitates Romanas tradet diebus Martis, Jovis et Saturni hora 3 -- 4. Thucydidem interpretabitur diebus Martis et Veneris hora 8 -- 9. Herodotum die Veneris hora 2 -- 3. Exercitationes Graecas moderabitur diebus Jovis et Saturni hora 8 -- 9

4. *Ludovicus* Osinski, Prof. P. Ord. perget in comparandis diversarum gentium literis, ratione habita Eloquentiae atque Poesoes cum analysi operum Classicorum cujuslibet generis cumque praeceptis inde petitis, die Saturni hora 4 -- 5. Exercitationes vero practicas cum Tironibus die Mercurii hora 4 -- 5. instituet.

5. *Casimirus* BRODZINSKI, tradet historiam criticam literaturae polonicae, imprimis a seculo decimo sexto usque ad nostra tempora, diebus Lunae et Jovis hora 11 -- 12. Exercitationes vero practicas moderabitur semel hebdomade die Veneris hora 11 -- 12.

6. *Casimirus* WERBUSZ, Lector Linguae Rossicae tradet hanc linguam ejusque historiam literar. diebus Martis, Jovis et Veneris hora 12 -- 1.

II. ARTIUM LIBERALIUM.

1. *Julius* COLBERG, Phil. Dr. Prof. P. Ord. explicabit usum instrumentorum geometricorum, et geodaesiam simplicem, junctis exercitationibus in delineatione topographica, diebus Martis et Saturni hora 2 -- 5. Geodaesiam vero nivellationemque complicatam, atque trigonometriae planae et sphaericae accommodationem ad geodaesiam docebit diebus Lunae et Veneris hora 10 -- 11.

2. *Michaël* KADO, Phil. Dr. Prof. P. Ord. docebit technicen architecturae et constructionem aedificiorum diebus Lunae et Saturni hora 9 -- 10. et die Lunae hora 3 -- 5. Mechanicen murorum et arcuum die Martis hora 10 -- 12. Die Mercurii vero hora 4 -- 5. Eurythmiam et Symmetriam architectonicam. De inventione autem et decoratione aedificiorum privatorum et publicorum die Saturni exponet hora 10 -- 12.

3. *Hilar.* SZPILOWSKI, Prof. Extr. artem delineandi architectonicam monstrabit tironibus diebus Mercurii et Veneris h. 11 -- 12.

4. *Antonius* BLANK, Prof. P. extraord. singulis hebdomadis diebus tradet artem delineandi et pingendi hora 8 -- 10. Diebus vero Martis et Veneris hora 9 -- 10. Osteologiam et Myologiam exponet.

5. *Antonius* BRODOWSKI, Prof. P. extr. docebit artem delineandi et pingendi omnibus hebd. diebus hora 10 -- 12; die Saturni vero hora 10 -- 11. exponet theoriam artis pingendi nec non historiam artium graphicarum.

6. *Sigism.* VOGEL, Prof. P. extr. tradet theoriam et artem delineandi secundum praecepta Perspectivae et Optices, secuturus opera Andreae di Pozzo et Lucae Vocha diebus Martis, Jovis et Veneris hora 2 -- 3.

7. *J. E.* KRETHLOW, Prof. P. Ord. docebit artem in cupro sculpendi singulis per hebdomaden diebus hora 2 -- 4. semestri hiberno; mensibus vero aestivis hora 4 -- 6.

8. *Paulus* MALINSKI, Prof. P. extraord. (mox ex Italia reversurus), tradet caelandi sculpendique artem et omnem rem statuariam diebus Lunae, Mercurii et Veneris hora 2 -- 4.